De descripcione predicte indulgencie

Autor(en): **[s.n.]**

Objekttyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse**

Band (Jahr): **95 (2001)**

PDF erstellt am: **30.06.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.
Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.
Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Ein Dienst der *ETH-Bibliothek*
ETH Zürich, Rämistrasse 101, 8092 Zürich, Schweiz, www.library.ethz.ch

http://www.e-periodica.ch

De descripcione predicte indulgencie

Indulgencia est remissio sive relaxacio pene temporalis pro peccatis actualibus debite relicte in absolucione sacramentali, facta racionabiliter a legittimo prelato ecclesie in recompensacionem, ex thesauro ecclesie de supererogacione sive pena indebita iustorum[29] proveniens.[30] Ex hac descripcione patet, quod indulgentia non est remissio peccatorum quantum ad culpam actualem, quia illa sublata et deleta est totaliter per contricionem et in sacramento confessionis, dicente psalmista: *dixi: confitebor adversum me iniusticiam meam domino, et tu remisisti impietatem peccati mei.*[31] Ergo relinquitur, quod indulgencia sit remissio peccatorum quantum ad solam penam temporalem relictam post penitentie sacramentum. Transeunte enim[32] actu peccati et remissa culpa adhuc remanet penitens obligatus pene temporali hic aut in futuro purgatorio, et in hanc penam temporalem mutata est pena eterna in contricione et confessione sacramentali, quam temporalem penam *[2v]* remittere habet homo auctoritatem habens a deo et Cristo eius, qui talem potestatem dedit hominibus, ut dicit magister sentenciarum libro quarto, distinctione XIX.[33] Et ita sicut sacramentum penitencie respicit culpam, que in confessione panditur, ita beneficium indulgencie respicit penam, ut per penitentiam Deo reconciliemur et per beneficium indulgencie nobis pena remittatur. Secundum enim decentissimam consuetudinem ecclesie sancte indulgencia non datur nisi vere penitentibus et confessis, cum culpa iam est ablata. Ex quo apparet, quod indulgentia respicit solum illas penas, que post susceptum penitentie sacramentum[34] remanserunt. Cum igitur dicitur in bullis ‹plena, plenaria aut plenissima remissio omnium peccatorum›, ibi ‹peccatorum› valet tantum sicut ‹omnium penarum›, secundum quod Luce VII dicitur: *Dimittuntur ei peccata multa,*[35] id est: pene peccatorum, quia ante in eius contricione iam peccata dimissa fuerant quoad culpam. Ad minus enim pro quolibet peccato mortali iuxta sacros canones septennis foret penitencia iniungenda. Dicitur enim in Apocalipsi XIX capitulo: *Quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum date illi de tormento et luc-*

[29] i torum *im Druck;* s *handschriftlich ergänzt.*

[30] *Vgl. Albert. M. sent. IV, dist. 20, art. 16 (Opera omnia 29, 848).*

[31] *Psalm. 31 (32), 5 (Vulg.* adversus*).*

[32] einim *im Druck.*

[33] *Petrus Lombardus ‹Liber sententiarum› (Sententiae in IV libris distinctae. 1148–52), sent. IV, dist. 18, cap. 5–7 (Grottaferrata/Roma 1981 [Spicilegium Bonaventurianum V], 359–63).*

[34] *Anlaut von Hand zu* s *verbessert.*

[35] *Luc. 7, 47* remittentur ei peccata multa.